



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 10. Donatistarum Motus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

## §. X.

Sæculum IV.  
A. C. 313.*Donatistarum motus.*

**C**onstantinus Imperator Anulino Pro-*apud Euf.*  
*consuli Africæ, & Patricio Præfecti I. hist. c. 6.*  
 Prætorianorum Vicario in mandatis de-  
 derat, ut in eos inquirerent, qui pacem  
 Ecclesiæ Catholicæ turbabant, & suis er-  
 roribus populum inficere conabantur; hi  
 autem nulli alii erant, quam Donatistæ.  
 Scribens Imperator ad Cæcilianum Epis-  
 copum Carthaginensem, in fine epistolæ, *Sup. n. II.*  
*a nobis relatæ, jubebat eum ad eosdem*  
*Judices recurrere, ut, quod justum esset,*  
*ab insanis hominibus extorqueret. Anu-**apud Aug.*  
*linus, ut sibi imperatum erat, Donatistas**ep. 88.*  
*ad pacem hortatur; paucis post hæc die-*  
*bus quidam ex factione Cæciliiano adver-*  
*saria, accitis quibusdam ex populo, fas-*  
*ciculum litterarum obsignatum, & libel-*  
*lum apertum tradunt, instantissime ro-*  
*gantes, ut hæc ad aulam transmitteret.*  
*Inscriptio fasciculi talis erat: Libellus Ec-*  
*clesiæ Catholicæ de Criminibus Cæciliiani*  
*a fautoribus Majorini præsentatus. Li-**apud Op.*  
*bellus apertus, & fasciculo colligatus hu-**L. I.*  
*jus erat tenoris: Rogamus te Constanti-*  
*ne! Imperator potentissime! te, natum*  
*ex stirpe justorum, cuius Parenz inter*  
*omnes unus invenitur, qui nos non est per-*  
*secutus, ut, quoniam Gallia hujus crimi-*  
*nis expers est, ex Gallia nobis judices con-*  
*Hist. Eccles. Tom. III. C sti-*

Sæculum IV. stitutas, qui de lite nostra, in Africa cum  
 C. A. 313. aliis Episcopis exorta, pronuntient. Datum  
 a Luciano, Digno, Nassutio, Capitone, Fi-  
 dentio, aliisque ex parte Majorini Epis-  
 copis.

Imperator, acceptis litteris, & rela-  
 tione Anulini, rescripsit, ut Cæcilianum, &  
 Adversarios ejus, ex utraque parte decem  
 Clericos Romam mitteret ad diem secun-  
 dam Octobris, ut Episcoporum judicium  
 subeant; Anulino mandata exequente,  
 & quod fecisset, ad Imperatorem referen-  
 te, Imperator ad Melchiadem Papam quo-  
 que scripsit, & Episcopos Galliæ, Italiæ-  
 que, ut eadem die Romæ convenirent,  
 missis simul litteris omnibus, ab Anulino  
 acceptis, quæ ad hoc negotium specta-  
 bant. Epistola hæc ad Papam simul et-  
 iam ad Marcum dirigitur, atque idem fu-  
 isse creditur, qui deinde S. Sylvestro suc-  
 cessit. Tenor epistolæ Imperatoris hic  
 erat: *Visum nobis, Cæcilianum Romam  
 mittere cum decem Episcopis ex accusato-  
 rum ejus numero, aliisque decem, quos de-  
 fendendæ causæ suæ aptissimos putaverit,  
 ut in præsentia tua, atque Reticii, Ma-  
 terni, & Marini Collegarum tuorum, quos  
 Romam adire jussi, secundum sanctissimas  
 leges, sicut nosti, audiri possint. Reti-  
 cius, aliquie duo erant Episcopi Galliæ.*

§. XI.